4

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS, DE PLEURITIDE

QUAM

ANNUENTE DEO TER OPT. MAX.

Ex Auctoritate Magnifici Rectoris,

D. JOHANNIS ALBERTI,

S. S. THEOLOGIÆ DOCTORIS, EJUSDEMQUE FACULTATIS IN ACADEMIÆ LUGDUNO BATAVA, PROFESSORIS ORDINARII,

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI *Consensu*,
& Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ *Decreto*,

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summisque in MEDICINA Honoribus, & Privilegiis, ritè ac legitimè consequendis,

Eruditorum examini submittit

HENRICUS BERNARDUS TERBEEK VAN COESFELT, Haga Batavus.

Ad diem 2 Aprilis 1748. *Hora locoque solitis.*

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud GEORGIUM WISHOFF, 1748.

DEO

PATRIAE

PARENTI

CONSANGUINEIS

PRAECEPTORIBUS

ATQUE


AMICIS.

Hanc qualem cumque
Dissertationem,

Inscribit AUCTOR.



DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS. DE PLEURITIDE.



CAPUT PRIMUM.

De Etymologia Vocis, Defenitione & Differentiis.


nter varios morbos inflammatorios, quibus Corpus humanum affligitur, ut meo satisfacerem muneri, haud incongruum putavi, me paucis verbis explicare Pleuritidem.

Nominis hujus Etymologia derivari videtur a graeca voce πλεύρα, quae latina

 signi-

fignificatione membranam coftas interne fuccingentem fignificat, & particula ιτις, qua ab antiquis etiam temporibus morbi inflammatorii exprimuntur, ut Phrenitis a φρέν & ιτις, fic Nephritis a νεφρός & ιτις.

Morbus hic conjunctus eft cum inflammatione, quae oritur a ftagnatione cujufcumque liquidi arteriofi, & impetu reliqui humoris ai tergo moti in vafis membranae pleurae, vel mufculorum, intercoftalium, aliarumque partium vicinarum, cnm febre acuta continua, dolore punctorio, qui infpirando valde augetur, exfpirando minuitur, pulfuque celeri & duro, faepe etiam tuffi ficca vehementibus doloribus aegrum affligente.

Abfolutis nunc Etymologia vocis, morbique definitione, tranfeamus ad differentias.

Pleuritis dividitur in duas fpecies, nempe in veram & fpuriam.

Vera eft quando fola doloris fedes confiftit in membrana pleura, in fpuria autem dolor non in illa membrana, fed altius in mufculis intercoftalibus haeret, vel eorum interftitiis.

Alia adhuc divifio eft in Idiopaticam vel Symtomaticam.

Idiopatica eft, quando hic morbus a fe ipfo provenit, nec ab alio praegreffo dependet.

Symtomatica dicitur, fi orta eft ab alio morbo antecedenti, vel a materia aliunde ad Pleuram vicinafque partes deducta.

Ad haec Pleuritis alia in dextro, alia in finiftro latere, alia in fuperiori, alia in inferiori

Tho-

Thoracis parte sedem suam habet.

CAPUT SECUNDUM.

De Causis.

Ex praegressa in articulo praecedenti definitione patet, Pleuritidis causam primariam esse stagnationem liquidi cujusque arteriosi in vasis pleurae, per quam tunc impeditur liber fluxus & motus sanguinis a corde pulsi, unde calore aucto, inflammatio oritur.

Causae, quae stagnationem hanc producunt, in geuere sunt variae, nam dividi possunt in tres classes, (1) in vitia vasorum, (2) in vitia humorum, (3) in errorem loci.

1°. Vasa eo modo peccare possuut, quando ita coarctata sunt, ut diameter eorum, per quae liquor fluere debet, sit angustior, quam volumen moleculae transfluxurae requirit: & fluxu sanguinis tunc impedito, certissime nihil aliud nisi obstructio expectanda est.

2o. Humores duplici modo obstructionem producere possunt, nempe qualitate, & quantitate.

Qualitate, quando sanguis ita incrassatur, ut volumen ejus majus sit, quam capacitas vasorum.

Quantitate, quando tanta copia boni sanguinis in corpore est, ut vasa majora majori dilatentur vi, quam ante, unde vasa minima, latera vasorum

ſorum majorum componentia, comprimuntur, qua de cauſa tunc obſtructio oriri debet.

3°. Per errorem loci intelligimus, quando ſanguis ruber venit in vas laterale ſeriferum.

Talis error loci poteſt ortum habere.

1o. A plethora, quae latera vaſorum ſanguiferorum expandendo, ſimul etiam neceſſario initia vaſorum ſeriferorum nimis diſtendit, ita ut ultra naturalem capacitatem pateant, tum multi globuli ſanguinei integri & indiviſi permanent, qui ſemel in hac vaſorum ſeriferorum initia ingreſſi, extricari deinde non poſſunt, & cum tranſire nequeant, ſiſtuntur, ſicque obſtructionem pariunt.


2o. A motu nimio inordinato diuque continuato, quia tunc vaſa ſanguifera eodem temporis ſpatio majorem copiam ſanguinis transmittere debent, ac conſueverant, unde neceſſario eandem ac in plethora dilatationem patiuntur, tam vaſa ſanguifera, quam ſerifera idemque naſcitur morbus, ut facile intelligitur ex praegreſſis.

3o. A laxatione vaſorum, unde fit ut Leucophlegmatici & Hydropici homines laxiſſimae & admodum debilis ſtructurae, circa quaedam loca, ſique etiam aliquando ad pluram inflammatione afficiantur.

Viſis nunc cauſis generalibus internis, oportet ut externas examinemus, quae ad Pleuritidem excitandam anſam dare poſſunt.

Inter cauſas externas enumerantur, (1) magna & ſubita refrigeratio corporis, praeſertim Thoracis

racis antea aeſtuantis, (2) potus frigidus corpore calefacto, (3) vigiliae nimiae, (4) variae excretiones impeditae, quemadmodum perſpiratio ſanctoriana, Haemorrhagia fluxus Haemorrhoidum, menſium, & ſimilia.



CAPUT TERTIUM.

De Signis Diagnoſticis.

Signa Diagnoſtica hauriuntur.

(1) Ex dolore lateris punctorio.
(2) Reſpiratione difficili valde laeſa.
(3) Tuſſi ſicca & dolorifica.
(4) Febris continua acuta.
(5) Puſu duro & aliquando inaequali.

Primum itaque ſignum diagnoſticum Pleuritidis eſt lateris dolor punctorius.

Dolor oritur a diſtractis plurae vaſis, quae nervis ſenſiliſſimis abundant.

Punctorius fere, ratione partis quae nervea & membranoſa eſt; at nervoſae partes, quia ſunt exquiſitiſſimi ſenſus, lancinante dolore, ac ſi gladio transfrigerentur, ſolent affici.

Secundum ſignum eſt reſpiratio difficilis, difficultas autem reſpirandi duplicem agnoſcit cauſam, 1°. impeditam Thoracis, hinc & Pulmonum dilationem. 2°. natam inde ſanguinis, in Pulmone,

& arteria pulmonali, accumulationem.

Tertium signum est tussis sicca & dolorifica haec fit, quia vasa Pulmonis plus justo implentur, sed praecipue si idem in vasculis membranarum Bronchia intus investientium accidat, eamque vel copia, vel calore, vel acrimonia, vellicat, ad cujus expulsionem Pulmones tunc concitantur.

Quartum signum est Febris acuta continua, quae numquam non comitatur Pluritidem: at cur & unde oriatur, haec vix explicari potuit hactenus. Quae enim maximi Viri ea de re scripserunt, neutiquam videntur satisfacere. malim ergo tacite supersedere his, quam vel minus solida recoquere, vel nova periclitari hypothesi.

Quintum & postremum signum est pulsus durus & aliquando inaequalibis, 1°. durus est ratione inflammationis, quae aucto per validam Febrim sanguinis motu vasa magis implendo & compingendo liquida, perpetuo duritiem pulsus habet comitem.

2°. Inaequalitas nascitur, quando eo usque per dolorem impeditur respiratio, ut sanguis per Pulmonem ad cor sinistrum tandem vix amplius transire possit. hinc enim solitae cordis contractiones, adeoque & arteriarum diastoles perturbari necesse est. unde etiam intelligitur, quare symtoma hoc non semper adsit.

CA-

CAPUT QUARTUM.

De Prognosi.

Quid ad prognosin attinet periculosus valde hic morbus est, tum propter respirationem laesam, qua aeger care omnino nequit, tum propter gravia symtomata huic morbo familiaria, & Empyematis metum, si enim non resolvitur, sed in suppurationem transit, plerumque Puris in Thoracis civitatem effusio sequitur, quae vocatur Empyema, quod malum periculosissimum est, ut vix curari possit, porro degenerat etiam hic affectus in Gangraenam & Sphacelum absolute lethalem, ad minimum igitur, nisi benigna resolutione feliciter sanetur, subnascitur ulcus, difficillimae vel nullius fere curationis, cui statim fere febris hectica comes aegrum misere exhaurit, ita ut Medicus hic nihil certi promittere, vel quid boni sperare possit, nisi vegeta adhuc juventus, & robur virium concurrat, in quibus quidem Casibus, (sed revera rarissime) speranda est consolidatio.



CAPUT QUINTUM.

De Exitu.

Antequam ad curationem morbi veniamus, prius quidquam de exitu dicere, non inutile putavi.

Itaque hic morbus exit in fanationem, alios morbos, vel in mortem.

Porro fanatio poteft fieri ope naturae vel artis.

Si fanatur auxilio naturae tunc ad finem pervenit per refolutionem, vel per coctionem, & excretionem.

1o. Refolutio eft transmutatio materiae ftagnantis inflammatoriae in ftatum naturalem. An Pleuritis ita abitura fit, ex fequentibns fignis cognofcere poffimus.

α Si humores fint blandi, non acres.

β Si motus humorum non fit ingens.

γ Si calor non vehemens, & febris fit parva.

δ Si vafa non nimis contracta, fed modice laxa fint per totum corporis habitum.

ε Si humores fint fluidi non denfi, aut craffi fi illa figna recenfita adfint, poffumus fperare, Pleuritidem abituram effe per refolutionem.

2o. Coctione & excretione fanatur, qnando materies ita attenuatur, & elaboratur, ut quae immo-

mobilis antea inhaerebat vaſis, nunc transflue-re & excerni poſſit.

Signa coctionis & excretionis ſunt ſequentia.

A ſi hæmorrhoides tempore opportuno, & copia debita, humorem aptum effundunt cum levamine.

b Si alvus ſolvitur, dum febris & dolor minuitur.

c Si ſputum magna copia, ſine multo molimine, dolorem levans, flavum, album, conſpicitur.

d Si urina copia craſſa ſedimento albo praedita cum doloris levamine redditur, & reſpiratio facilior evadit, pulſusque non durus ſit.

Per haec ſigna recenſita, poſſimus concludere, quod materia cocta pervias naturales excernitur.

Si tamen merito dubitamus, an quidem natura tale quid effectura ſit, ſed metuendum, ne Pleuritis in alium pejorem morbum tranſeat, ſupereſt, ut id quod natura veriſimiliter efficere non valet, per artem tentemus qua de re nunc dicendum erit.



CAPUT SEXTUM.

De Curatione.

Si ſigna reſolutionis in Pleuritide adſunt, ex Symtomatibus tunc medicus videre poteſt, quid ſit ſibi agendum nam tunc debet reſolutionem promovere per emollientia & blandiſſima aperientia, ut ſunt decocta ex Tarax:, Cichoreo, Laetuc,

ex Radicibus Scorzon! Gramin. &c. & ad latus affectum adponenda sunt fomenta ex decot. Verbasc. Samb. Malvae &c.

Si certissime constat Pleuritidem coctione & excretione in sanationem abituram esse, quod ex signis in praecedenti capite recensitis videre possumus, tunc non mittendus est sanguis, ut naturae actio non perturbetur, sed debemus curare, ut massa sanguinea perluatur, potu tenui & molli, E. G. decoct. Hord, Aven, cum Oxymell, Rob Samb, Ribcs, cum pauxillo Nitri.

Si per alvum materia ducatur tunc possimus injicere Clysmata lenientia; Decocta emollientia, leniter laxantia adhibere; Fomenta lenia abdomini applicare.

Si per sputum evacuatur materies, tunc uti possumus medicamentis excretionem hanc promoventibus, ut decoct. ex seminib. lini post colaturam addimus syrup. Violar, Alth. Ferneli, cum sale prunell., vel Nitro.

Si Pleuritis per artem curanda sit, tunc prius instituenda est venae sectio larga ex larga apertura, & repetenda necessitate aliquando urgente.

Postea adhibenda sunt formenta, ex Malva, Bis malva, Parietar, Sambuc. Melilot. coct in lacte dulci, linimenta, emplastra, Ceratum Cerul, Diapalma, ung. Rasaci, vel nutrit, & plura alia refrigerantia & leniter dissolventia, pro hoc scopo etiam inferre conveniunt medicamenta resolventia, diluentia, laxantia ut sunt mixturae, decota, emulsiones, infusiones, E. G. decocta

cocta ex Radicibus Scorzon, Cichor, Tarax, Gramin, herb Alth, Malv, Bismalv; Pariet; quae omnia coquuntur in aqua pura, post colaturam possimus addere nitrum purum, vel salem polychr, vel succum citri; vel syrupos refrigerantes, ut sunt Syrup. violar. Rob Sambuc, Ribesi &c. Sic etiam mixturae, & emulsiones, praepari deinde possunt.

Restat nunc etiam ut de victu aliquid Dicam. Quod ad victum pertinet, sit tenuis, humidus, refrigerans, humectans, ut ex sero lactis, cremore lactis, vel ex decocto hordei, cui addere possimus succum citri vinum renanum & similia.

Haec sunt quae de Pleuritide dicere decreveram, & B. L. humanissime rogans, si quid erroris in hac dissertatione invenerint, boni consulant, itaque huic dissertationi impono,

FINEM.



F I-

ADNEXA

I.

In Pleuritide non ſemper convenit V. S.

II.

Aliquando cum fere ſuperatus videtur morbus, certa mors imminet.

III.

Urinae inſpectio utiliſſima, ſola tamen nequaquam ſufficit.

IV.

Optima ſemper in acutis naturae curatio.

V.

Immenſnm in Pleuritide diſcrimen: peſſime ii agunt: qui ſolo morbi nomine audito empyricam curam adhibent.

VI.

Natam Febrim facillime diſtinguimus, ortum ejus & cauſam ſaepe non ſatis aſſequimur.

VII.

Hæmorrhoides moleſtiſſimum malum, at multoties ſaluberrimum.

VIII.

Ars naturae adjutrix vel ſupplementum.

IX.

Diaeta ſubinde medicamentis æquivalet.